Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36541
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Sermo de resurrectione beate Marie perpetue uirginis:
HODIE. GLORIOSA ET INTE-
MERATA. VIRGO. BEATA. DEI. GENITRIX.
Maria de morte temporali aduitam resurrexit
eternam. letare ierlm. exulta et lauda habitatio
syon. et conuentum facite omnes qui diligitis eam.
Gaudeant qui gaudium celeste exspectant. et filie syon exultent
in rege suo. quo hodie ad perfectum completa est nre gla regine.
astitit a dextris filii regis mater regina. circumamicta uari
etate. Sed qua uarietate. Recepit duplicia de manu dni. II
non pro omnibus peccatis suis. quo que illum genuit. qui solus ex debito
peccatum non habuit. ipsa quoque matris priuilegio per ipsius filii su
i gratiam. ab omni peccato inmunis fuit. sed corporis et anime du
plicia gaudia hodie de manu dni recepit. pro omnibus excellentium
suarum uirtutum meritis. Audiant mansueti et letentur. obstupes III
cant contradictores et conturbentur. Maria uirgo mater. et ma
ter uirgo. que olim cum xpo filio suo sub sorte nre infirmi
tatis una fuit caro glorie uirginalis. hodie facta est in car
ne eadem. eidem unigenito suo consors eterne inmortalitatis.
Decebat siquidem ut cum uterque filius uidelicet cum matre. non quidem IIII
eadem esset persona. sed eadem esset carnis natura. eadem gratia et si
non eodem modo et a peccato aliena et nulli corruptioni obnox
ia. simul quoque letaretur uterque in sua eadem uirginali carne con
simili incorruptionis gloria. Singlari enim quadam unione V
xpc et Maria unum. et ideo ne uideretur singlaris huius unionis
siue ineffabiliter unite singlaritatis facta diuisio. tandem soluto
carnis debito per interuentum mortis. oportebat non diu
abesse alterum ab altero. per quorum utrumque olim inceperat
esse illa singlaris unio. Oportebat itaque ut glorificata VI
per resurrectionem filii carne. glorificatio non diu differretur
etiam carnis materne. et in consimili gla cito ipsa resurge
ret. que auctorem beate resurrectionis de se ipsa genuisset.